



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**


Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

Regula I. Faciendi plures libros, nullus est finis. Finem loquendi omnes  
pariter audiamus. Deum time, & mandata ejus observa. Hoc est omnis  
homo. Eccl. 12.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**



## PARS PRIMA

Complectitur Regulas Salomonis magis necessarias pro homine ad suam propriam personam benè regendam.

### ARTICVLVS PRIMVS.

*De Reginine Conscientiæ.*

#### REGULA PRIMA.

*Faciendi plures libros nullus est finis, finem loquendi pariter omnes audiamus, Deum time, & manda ta ejus observa. Hoc est omnis homo. Eccl. 12.*

#### PARAPHRASIS.

*Multa dantur consilia, & multi scribuntur libri, quibus homo ad perfectionem pervenire possit. Sapientia de super non nisi unicam proponit sententiam, quæ est compendium omnium, quas sapientes*

A

tes

**E** Consilia Sapientiae,  
tes unquam dictarunt, & quasi ipsam et  
Sapientia ab initio usque ad finem  
mundi homini inculcare intendit, ni-  
hil enim aliud scribit, nihil aliud ho-  
minibus loquitur, quam quod amare  
Deum, & ejus voluntati obedire, sit  
omnis homo.

### REFLEXIO.

**D**um summus Creator formaret  
ideam nostræ naturæ, & conci-  
peret creare hominem, præten-  
dit, quasi suum excellentius opus ita con-  
cipere, ut corpus & animam simul con-  
jungeret.

Vidit enim, quod si corpus separaret  
ab anima, illud solum non nisi factur es-  
set, & similiter anima separata à Deo,  
adhuc squalidior foret, ita ut loco ali-  
cujus excellentis operis, quod medita-  
batur, non nisi aliquod monstrum effor-  
maret.

Ne igitur in hoc erraret, eodem tem-  
pore, quo corpus conjunxit animæ, ju-  
dicavit esse necessarium, animam con-  
jungere Deo, per suam ineffabilem gra-  
tiam,

*Liber primus.*

3

tiam, quæ & ipsa huic suo operi conju-  
geretur, ita ut hæc tria totum facerent  
hominem.

Attende paulisper, & considera Sa-  
pientiam Dei, dum hæc tria ita sibi diffe-  
rentia concluderet, simul jungere, & ex  
ipso excellentiam sui operis formare!  
Considera quanta hæc sint miracula,  
dum in homine sunt conjuncta! & quan-  
ta infelicitas dum separantur.

Dum enim gratia rejicitur, vel ipsa  
ab anima recedit, ecce reprobationem  
& peccatum: dum corpus separatur ab  
anima, ecce mortem: dum autem ani-  
ma separatur à corpore & gratia, ecce  
infernum: quæ sunt tria horrenda & me-  
tuenda objecta. Quod si verò iterum  
conjungantur, sunt è contrà tres pul-  
chritudines cælestes, & tria maxima mi-  
racula divinæ potentiarum, ita enim simul  
juncta constituunt verum hominem. *Ti-  
me Deum, hoc est omnis homo.*

**REGULA SECUNDA.**

*In timore Domini sit tibi gloriatio,*  
*& omnis narratio tua in preceptis*  
*Altissimi. Eccl. 9. A 2 PA-*